



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Restitutio IV. quantu[m] est restituendu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

## RESTITVTIO IV.

*Quantum est restituendum.*

**Q**VI mala fide inuitatur ad eorum de aliqua re furtiua, tenetur restituere, quantum comedit: Si vero bona fide, id quod subtraxit proprio sumptu, quia in eo factus est ditior: quod si nihil subtraxit, ad nil tenetur. idem de vte re vte aliena. cap. 17. num. 9.

Qui mala fide recipit, vel retinet rem alienam, tenetur eandem restituere si potest: sin minus, tantum quantum plus valuit à tempore iniustæ acceptionis vel retentionis, quamuis absque sua culpa perierit. num. 10. Nisi Dominus legitime oblatam noluerit accipere. Tunc enim satisfaciet restituendo, quantum valuit tempore quo accepit. numero decimo, & vigesimo sexto.

Faciens damnum semper tenetur restituere in totum: sed iubens, consulens, consentiens simpliciter, recipiens, laudans, vel participans, solum id, quod peruenit ad eos: & cuius fuerunt causa, sine qua delictum



lictum non fuisset factum. capite decimo se-  
primo num. 18.

Iuuans cooperando, quando fuit cau-  
sa sine qua nihil damni fuisset illatum,  
tenetur restituere totum: quando verò fuit  
causa sine qua pars damni non fuisset fa-  
cta, tenetur illam partem: quando non  
fuit causa sine qua non fuisset illatum to-  
tum damnum, tenetur reddere id, quod  
ad ipsum peruenit: & si tunc nihil ad eum  
peruenit, ad nil tenetur. numero vige-  
simo.

Qui cum multis pergit ad furan-  
dum, tenetur reddere id, quod ad eum  
peruenit, & id cuius fuit talis causa, sine  
qua non fuisset factum furtum. numero  
130.

Restituendi sunt fructus rei alienæ  
fructuosæ habita ratione bonæ vel ma-  
læ fidei. Si non est fructuosa, non est re-  
stituendum id, quod industria possiden-  
tis lucratum est. Et qui locat torquem  
aureum alienum, & latro, & vsurarius alie-  
na pecunia lucrantes, non tenentur resti-  
tuere pretium locationis, aut pecuniæ, ni-  
si ratione lucri cessantis, vel damni emer-  
gentis. num. 25.

Qui



Qui furatur equum solitum locari, tenetur restituere lucrum quod cessauit Domino. num. 26.

Filius putatius credens se non esse legitimum, non tenetur restituere fratribus legitimis, tantum quantum valebat hereditas, nec quantum restituendum esset, si postquam esset acquisita tolleretur ab eis, sed multò minùs ad arbitrium boni viri. cap. 16. num. 48. §. 8.

Quantitas debiti certa, tota est restituenda, incerta verò qualis est damni, vulnorum, fructuum speratorum, seminum satorum, interesse amissi, ad arbitrium boni viri consideratis circumstantiis. cap. 17. num. 27.

Qui per iniustitiam impediuit aliquem à consequendo aliquo bono, non tenetur restituere, quantum impediuit, sed iudicio boni viri. num. 73.

Fur tenetur restituere etiam impensas factas à Domino in quaerenda re sibi furto sublata, eas nempe, quas vir prudens debuisset facere. Malefactor autem tenetur restituere interesse damni etiam extrinsecum. num. 140.

RESTI